



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1628. usque ad annum 1634

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1778

VD18 90118871

§. 36. Malvenda & Thomas Lemosius Ordinis FF. Prædicatorum Scriptores
Ecclesiastici hoc anno denati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67394](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67394)

§. XXXVI.

Sæc. XVII
A. C. 1628

Malvenda, & Thomas Lemofus Ordinis FF. Prædicatorum Scriptores Ecclesiastici hoc anno denati.

Ex Scriptoribus Ecclesiasticis, qui in *Echard. Script. Ord. FF. Præd. Miræus l. c.* sacro FF. Prædicatorum Ordine flo-
ruerunt, hoc anno præclara duo lu-
minaria fuere extincta; horum primus
erat Thomas Malvenda Hispanus,
qui Græcis, & Hebraicis literis excul-
tus, in Philosophicis ac Theologicis,
si parem, vix suo ævo superiorem ha-
buit. Edidit I. librum de nævis lati-
næ editionis vulgatæ, II. tractatus
de incarnatione, & de Dei Nomine
τησαγαμδραυ, III. de obstrusis Scri-
pturæ locis. IV. Commentaria in Psal-
mos & in varia S. Scripturæ loca. V.
Miscalia & Breviaria, necnon Baronii
Martyrologium recognitum, auctum-
que VI. libros undecim de Antichristo
VII. de Paradiso voluptatis, VIII. ex-
purgationem Bibliothecæ Sanctorum
Patrum editionis Bigneane, necnon
commentaria in S. Scripturam præter
plura alia, eaque doctissima opuscula.
Alter erat Thomas de Lemos itidem
Hispanus, qui SS. Augustini & Tho-
mæ doctrinam de gratia efficaci tam
inti-

H 2

Sæc. XVII. intime exhauserat, ut Romæ in solennibus controversiis ac disputationibus sub Clemente VIII. & Paulo V. Pontificibus per sex annos Actoris partes sustineret, ubi non una de gratiæ victoris hostibus reportata victoria gloriæ, ex arena descenderat: tandem vero sacræ Inquisitionis Consultor Romæ die vigesima tertia Augusti nomine magna sanctitatis opinione decessit. Extant I. Acta omnia Congregationum de Auxiliis II. refutatio concordie inter Thomisticam & Molinisticam doctrinam. III. Deterio calumnie Thomistis impactæ de Calvinismo. IV. Responsio ad quæstionem, *quis major vires libero arbitrio tribuat - ad bonum & S. Augustinus vel Molina?* V. Concordia Molinistarum doctrinæ cum Semipelagianis. VI. Censura libri de Prædestinatione VII. Censura concordie Paulo Eugubino propositæ. Scripsi de hoc argumento alia quamplurima quæ tamen nondum typis excusa Romæ ad Minervam, variisque in Bibliothecis asservantur. Hujus Viri cultum nonnulli ad annum sequentem rejiciunt.